

cionale. 9. Musica Gwidonis¹. 10. Breviarium Frutolfi de musica. 11. Tonarius, musica Bernonis, dialogus Wilhelmi in uno volumine. 12. Priscianus de accentibus, Beda de metrica arte in uno volumine. 13. Compotus Hermanni et mensura astrolabii in uno volumine. 14. Liber consuetudinum antiquorum patrum. 15. Exemplaria duo de primis sillabis prosaice et metricae composita. 16. Theodolus.

IV.

Thiemo religiosus prior armarium nostrum hiis libris adauxit:

1. Regule de compoto. 2. Compotus Hermanni cum regulis ipsius in abacum. 3. Musica Gwidonis¹. 4. Bernolinus super abacum. 5. Glosarius super vetus et novum testamentum. 6. Pars cronicorum, regule de musica in uno volumine. 7. Regule de musica cum tonario. 8. Figure compoti. 9. Compotus Hermanni et mensura astrolabii. 10. Regule de abaco, medicine, mensura horologii in uno volumine. 11. Historia sancti Gregorii cum tonario. 12. Musica Bernonis. 13. Breviarium Frutolfi de musica. 14. Regule super astrolabium, regule de abaco, versus offertorii in uno volumine. 15. Matutinalis liber.

Memorandus Heroldus huius loci frater et monachus vitas et passionem multorum sanctorum in diversis libellis magno labore congeßit. Sed quia parvitas librorum videbatur minus apta cernentibus, et facile poterat furto vel qualibet surreptione perire res modica, ego auxilio et industria domini Ellenhardi prioris venerandi omnes illos libellos adiunctis quoque aliis vitis et passionibus in quatuor magna volumina redegei².

*Pie memorie Wolframmo abbati successit in regimine *1 f. 88^r, 2 f. 10. dominus Hermannus abbas, qui eius utpote spiritualis filius, heres et assecla, ita per omnia paterne in se probitatis gerebat ymaginem, ut tam in liberali sciencia quam in morum elegancia, in omni quoque virtutum ornamento et in omni religionis studio, sed et in librorum augendorum amore continuo ipsius representaret dignitatem. Cuius amoris succensus ardore votorum omnium piissimus executor

1) 'Guidonis' 2. 2) 'redigi' 2. Hierauf folgen in beiden Hss. die Worte 'quorum scriptores infra sub abbate Hermannno dicemus'. Ich halte für wahrscheinlich, dass diese Worte von Andreas hinzugefügt sind, der an dieser Stelle seine Copie der Aufzeichnungen Burchards abbrach, um sie weiter unten bei der Geschichte des Abtes Hermann fortzusetzen.